

Tradunt huiusmodi Cōchas, quæ apes examina facere. His duces esse quæ uetustate et magnitudine precipue sunt eas urinantium cura peti. Nā miræ ad cauendū solertiæ sūt quibus captis cœteras palantes retibus facile includi. Nūcquæ duæ Margaritæ simul reperiunt, sed sēper discretæ & unæ. Ideoque uniones dictæ sunt. Maximus in his hominum luxus semper fuit. Qui Alabastrorum figura sūt in plœniore orbē desinētes. Hos digitis suspēdere, & binos ac ternos auribus fœminarum gloria fuit. Ultra semiuntiales inuentas ueteres scriptores negāt. Duos fuisse constat Uniones, ob magnitudinē toto orbe celeberrimos, utriusque Cleopatra Ægypti regina possedit, quorum cū alter ex auribus detractū, & in ualculū aceti posuisset, spectante Anthonio liquefactū absorbuit. Iniectaque altera manu, ut idē faceret a Planco, prohibita fuit. Is postea uino dissectus, in duas pres in utrisque auribus Veneris Romæ in Pantheonæo positus fuit. Lolliam paulinā C. principis coniugem uulgatum est ita opertam Smaragdus & Margaritis, ut summa quadringentis sestertium faceret. Id expressit uetus diligentia quæ Syllanis temporibus primum illati sunt Uniones.

De Gemmis uiridibus.

Smaragdi

Uniones
quæ d.
veneris